



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCCCXVI. ad annum MCCCCXXIII.

Parisiis, 1644

XIV. Ne clerici conueniantur coram saecularibus iudicibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15653

studiose desistere, ac de perceptis satisfacere cum effectu. Quod si non fecerint, extunc excommunicati publice nuntientur. Certificentur nihilominus, quod si in hoc crimine sine satisfactione canonica cautioni de satisfaciendo decesserint, Christiana careant sepultura. Ipsi quoque rectores, & scienter sepelientes eosdem, simili de iure excommunicationis sententia sint ligati. Declaramus insuper manifestos vsurarios esse, de quibus est publica vox & fama, & certa sunt indicia & argumenta, quod pecunias mutuunt ad vsuras, easque recipiunt, vel fructus rei pignoratæ ex pacto vel alias sibi vsurpant, vel imburfant, nec computant in sortem pecuniæ pignoratæ.

XIV.

Sæpe contingit, quod nedum laici, sed ecclesiarum prælati & alii clerici (quod dolentes referimus) alius alium ad sæcularia trahunt iudicia contra canonicas & legitimas sanctiones: ex quo non modicum ecclesiasticæ libertati detrahitur, ac ecclesiæ plerumque in suis iuribus & libertatibus grandia dispendia patiuntur. Nos volentes his malis, quantum possumus, obuiare, decernimus, quod si prælatus, vel quiuis alius clericus, alium prælatum vel clericum, vel etiam laicum quamcumque aliam ecclesiasticam personam coram sæculari iudice trahere vel conuenire, aut tractus seu conuentus sponte & iudicialiter præsumpserit respondere, tam trahentes, quam tracti, vltra pœnas contra tales a iure prolatas, eo ipso se nouerint excommunicationis sententiæ subiaccere.